

Primizl iam plenus dierum, postquam iura instituit legum, quem^g coluit^h vivusⁱ ut deum, raptus est ad Cereris generum⁵. Cui Nezamizl^k successit in regnum. Hunc ubi mors rapuit, Mnata principales obtinuit fascēs. Quo decedente ab hac vita Voyn^l suscepit rerum gubernacula. Huius post fatum Vnizlau^m rexit ducatum. Cuius vitam dum rumpunt Parce, Crezomizlⁿ locatur sedis in arce. Hoc sublato e medio Neelan^o ducatus potitur solio. Hic ubi vita discessit^p, Gostivit^q throno successit^o. Horum igitur principum de vita aque et morte siletur, tum^r quia ventri^s et somno dediti, inculti et indocti assimilati sunt peccori, quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima fuit oneri⁷;